

Johann Simonius

**Parentalia Anniversaria Prima, D. Uldarico, Celsissimo quondam atque  
Illustrissimo Duci Megapolitano ... Germaniae Nestori, Patri patriae, Ecclesiae &  
literarum Evergetae, orthodoxe Catholicae religionis nutritio, omnium virtutum  
regiarum Paradiso**

Rostochii: Myliander, 1604

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823375005>

Druck    Freier  Zugang





2015 A 3 <16. Jh. >





4.



PARENTALIA  
ANNIVERSARIA PRIMA,

D<sup>r</sup> ULDA RICO,

Celissimo quondam atque Illustrissimo  
Duci Megapolitano, Principi vetustæ  
gentis Henetæ, Administratori & Comiti  
Sverinensi, Rostochij & Stargardij  
Domino,

Germania Nestori, Patri patriæ, Ecclesiæ & literarum  
Evergetæ, orthodoxe Catholica religionis nu-  
tritio, omnium virtutum regiarum

Paradiso :  
publicè facta,

Ex Reverendi Concilij decreto in Academia  
Rostochiensi, in frequentissima clarissimorum &  
doctissimorum hominum corona,

JOANNE <sup>A</sup> SIMONIO,  
Rhetorices professore publico,  
14. Martij. 1604.



ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri.



ALIATHEA  
MERSENNA  
OPIHAGEN





Vod de viro Musico, atq; in dicendo  
artifice, de Orpheo, scriptum accepimus,  
Magnifice Domine Rector, Clarissima  
Et Ornatisima Concio, eum sumta, qua  
Tigres lenire dictus est rabidosq; leones, cithara, can-  
tus incredibili suavitate fata demulsiſſe, effecisseq; ut  
corum beneficio Eurydiken uxore in vitam è mortuis  
revocata recipere: id optandum fuiſſet multò magis,  
potuisse nos, ad Principem illum Deum ardentissimo  
pectore effusis precibus, impetrare, ut Celsissimo Et Illu-  
strissimo Principe ac Domino, Dn. VLDA RICO  
Duce Megapolitano, Principe vctustæ gentis He-  
netæ, Propreſule Et Comite Sverinensi, terrarum  
Rostochij Et Stargardia Domino, licuiffet nobis nu-  
tritio Et patrono in plures annos superflite uti frui, neq;  
illud immortalitate dignum ingenium, illa clemen-  
tia di vina, illa virtus heroica, erupta nobis fuiſſet.  
Nunc quia, vel ulciscendis nostris, quibus cœlum  
ſepiſſime offendimus, erroribus, vel continendo in of-  
ficio, quotquot literis honestam in hac Academia ope-  
ram damus, Deus nos in illud tempus, cuius memo-  
riam

viam hodiernam su nobis dies renovat, tempus studijs aliquando luctuosum, reipub. acerbum, omnibus bonis grave conjecit: jure quidem & merito dolorem nostrum refricamus, sed ita tamen, ut de tanto patrino nobis omnes quanta possimus animi contentionem maxima gratulemusr, divi qz VLDARICI in nos nostramqz hanc Rempub. meritorum memoriam nulla unquam apud nos oblivione deleri patiamur, sed prædicatione foveamus, & intra hos parietes, qui mihi auditu bujus sui nutritij nomine quodammodo recreari visi sunt, intraqz hoc sanctum atqz augustinissimum templum grata recordatione celebremus, & oratione nostra sapientia sapientiam repetitam posteritati consecremus. Atqz, utinam Auditores, gloriofissimi Principis VLDARICI virtuti & nominis immortalitati ego in hoc anniversaria laudis initio ornatisimis & gravissimis verbis satisfacere, aut tantum in eo celebrando afferre possem eloquentia, quantum optimus Princeps, cuius auctoritate hunc locum diuinitus obtineo, gratia in me ornamenti vivus quam benignissime contulit; efficerem profecto, ut non tantum hominum Clarissimorum & splendidissimi bujus confessus expectationem præclarè sustinerem, sed laurea etiam illa beatissimi Principis, non manibus sed ingenij ipsius magnitudine sata, neqz succo

succo aut aqua, sed amplissimis in remp. universam  
studijs alita & confirmata, per omnia seculorum  
secula sermonibus nostris propagata, viriditatem su-  
am inter homines, dum in terris erunt, qui virtutem  
colent, diutissime tueretur, atq; conservaret. Sed non  
ad eò effrons demensq; sum, ut non intelligam, quām  
id minimè recte, quamq; minus cum excellentibus  
sanctissimi Principis virtutibus, tum perpurgatis ve-  
stris auribus dignè à me fieri posſit. Effigiem ſepè  
vidimus, Augusta vultus atq; oris ſpecie, oculis divi-  
num quiddam reluentibus, roſea & perpetua qua-  
dam juventa purpurante facie, erecti corporis, quod  
gravitatem ſimul & mansuetudinem praeferebat,  
majestate, iſum divum Principem tanto artificio  
exprimentem, ut cum Zeufidis uiris, aut linteo Par-  
rhasij, aut Timantis Iphigenia facilimè in certamen  
descenderet. quod pictoribus quidem licuit, quorum  
obtutibus omnia corporis lineamenta, quæ ad aſpe-  
ctum honestas collocavit, obvia ſunt, atq; ad peni-  
cillo imitandum patent. Verum enim vero divi  
VLDA RICI virtutes animiq; bona illa, Pru-  
dentiam, iuſtitiam, fortitudinem, temperantiam, cle-  
mentiam, pietatem, oratione ſic deſcribere, ut, quan-  
ta in ipſo revera fuerunt, tantæ quoq; legentibus aut  
audientibus appareant: id iſum non in dicendo ho-

minis, sed Dei alicujus judico. A quo cum ego,  
qui neq; ingenio, neq; exercitatione, neq; eruditionis  
atq; doctrine copia, neq; memoria ne quidem cum in-  
fimis comparandus, quam longissimè absim, et si for-  
tasse impudens sum, qui meis humeris onus impar  
suscepi, tamen, cum dicendi personam necessitas mihi  
imponeret, certè vel cum periculo privatæ temerita-  
tis non esse prodendam publicam caussam, neq; com-  
mittendum putabam, ut, dum pudori meo consule-  
rem, ijs turpiter refragarer, quorum nec benevolen-  
tiā erga me ignorare, nec aucloritatem aspernari,  
nec voluntatem negligere potui nec debui. Nec ve-  
rò omnia, quæ à vobis expectantur, quaq; verissi-  
mè de hoc Principe dici possunt, virtutum illa facto-  
rumq; præconia commemorabo: sed eorum tantum,  
quæ à divo Principe in administratione Reipub. pru-  
denter, quæ justè, quæ fortiter, quæ moderatè, quæ  
piè facta sunt, summa capita quadam delibabo. A te,  
Magnifice Domine Rector, concio clarissima atq;  
ornatissima, summa contentione peto, ut divi VL-  
DARICI Principis laudes oratione, neq; ad  
ad ostentationem magnifica, neq; ad prædicationem  
tante virtutis, ijs quibus maximè debebat, divitijs  
instructa, repetenti mihi vacivas aures, quæ vestra  
insignis est humanitas, accommodare non gravemini.

Solco

Soleo itaq; s̄epe animum oculosq; convertere ad sapientiae doctores , qui Principes viros solent commendare illos, quorum vita ratio sic comparata est, ut affectus in gyrum rationis ducant, atq; rabidissimā ancilam dominæ imperio subijcant ; indeq; judicare, eos aptos natos esse , quibus Respub.committatur, quiq; ei commodè cum omnium salute præsint. Est enim per magnum **H**erculeum planè opus, sibi ipsi imperare : quod nisi summis prudentiæ viribus perficitur, quodq; adeò latè patet, ut existimatum sit, eum, quia tempestates animis edare, nequitiam coercere, libidines domare , ratione duce, possit; ad gubernacula rerum capessenda tanto digniorem esse , quanto ad animi bene compositi excellentem vim majora virtutis vel ornamenta vel adjumenta afferat. De beatissimo Principe **VLDA RICO** quid dicam prius quid posterius ? commemoremnè genus ? quod clarissimum est. an potentiam ? quæ maior in hoc Principe esse non potuit. an divitias ? quæ cum Regum multorum amplitudine certarunt. an imperij magnitudinem ? quod totius inferioris orbis Saxomici circuito circumscriptum fuit. nihil horum dicam, quæ omnibus notissima sunt ; quaq; Principi nostro cum multis communia fuerunt. Illud, quod divum **VLDA RICVM** verè principem fecit, tacitus

præ-

praterite nullo modo possum. Ita enim Wolfgango  
Leopoldo, viro eruditissimi gravi, magistro; Bavariae  
aula, ad quam adolescentis missus fuit, informatrice;  
rerum laudabiliter cum alijs ab heroibus tamen majori-  
bus ipsius gestarum, memoria administra; Duce ipso  
Spiritu Sancto, vitam a teneris instituit, ita effinxit,  
ita composuit, ut in omnium rerum licentia modum  
teneret: ut mentem a cupiditate, manus ab avaritia,  
oculos a libidine revocaret: ut contumaciam, super-  
biam, acerbitudinem extremè odisset: ut adulatores,  
sophistas, nugatores, calumniatores ex animo detesta-  
retur: ut iracundiam refrenaret, voluptates sperne-  
ret, cateras animi labes repelleret. O verè Princi-  
pem virum, et cuius fidei Respub. se concredat, di-  
gnissimum! Itaque cum, divinitus adjutus, Princeps  
summis prudentiae viribus a se obtinuisse, ut sibi  
dominari posset: cum incredibili et nunquam inter-  
moritura sagacis judicij depradicatione, perpetuaque  
universæ reipub. gratulatione ad eam accessit. In  
cuius orbe ita versatus est, ut non minus ab exteris,  
quam his, quos subiectos sibi habebat, ingenium atque  
industria ipsius spectaretur. Nemo est in Germania  
bac nostra ita hospes, nemo in historia tam rudis, aut o-  
mnium rerum tam ignarus, ut nesciat, quam gravis  
aliquando afflixerit domicilium hoc imperij Romani

calam.

calamitas, ijs præsertim temporibus, quibus bellum in-  
ter Carolum V. fortunatissimum Imperatorem, &  
Franciscum, Galliæ Regem potentissimum, nuper ex  
captivitate, in quam ipsum infelix illa ad Ticinum: <sup>slavias.</sup> Tessien  
pugna conjecerat, dimissum, pontificijs flabellis resu- <sup>1528.</sup> Pavia  
scitatum recrudit: quo Hispania, & Italia,  
& Gallia quidem arserunt: Germania autem  
à conflagratione, ex ignibus illis concepta, non procul  
absuit. Atq; illa quidem prætero mala, quibus  
mactati fuimus, cum Principibus Christianis, infe-  
stissimis arinis, inter se digladiantibus, Buda à Solei- <sup>Osen.</sup>  
mane perfidiosè occupata: Ludoicus, Vngariae Rex, 1526.  
turpiter cæsus: Vngaria, Christianæ reipub. propugna-  
cum, horribiliter vastata fuit. Intus inclusum erat  
periculum, intus insidiae erant, intus erat hostis peni-  
nitus in visceribus atq; venis Germaniæ. Promul- <sup>1548.</sup>  
gatum infelix illud, Augustæ Vindelicorum inauspi-  
catisimo partu editum, Interim. Euangelici banni ful-  
mine percussi. Magdeburgum iussu Imperatoris co- <sup>1550.</sup>  
rona cinctum. Carolo V. à confederatis bellum illa-  
tum. pulsus orbis terrarum Dominus Germania.  
Noribergensium & vicinorum Episcoporum fines in- <sup>1552.</sup>  
cendijs vastati. Erphordiensium ager direptus. Hal-  
berstadium occupatum. cognatae acies Mauricij Ele-  
ctoris & Alberti Brandenburgici, Alcibiadis Germanici

B boſii-

hostiliter visæ concurrere: tentata bello Saxoniam: inflammatus Guelphus; Mansfeldia vexata: Dithmarsi sub jugum redacti: Baltes vicina litora diuturno Daniae & Sveciae confictu cruentata: turbatum 1563. Belgium: Cotha solo aquata: quid multis? tota Germania quasi è sedibus suis convulsa tremere atq; conquisari. In hac rerum omnium perturbatione, cui nec leges imperabant, nec pudor aut pietas moderabatur: in qua vicinum scelere elidere, populationibus atq; incendijs longè latèq; grassari, neminem, nisi cui pax erat, hostem putare, domesticum nostrum erat malum: deniq; in qua viva videnti q; Germania funis acerbissimum ducebatur: quod leclissimus Princeps Remp. suam, tot vicinis malis, veluti decumanis quibusdam fluctibus, undiq; cinctam atq; circumfessam ita gubernavit, ita rexit, ita accommodavit, ut nec blanda aura in vada salebrosa pelliceretur, nec maris feritate in scopulos illideretur: si non tantæ, quanta in hominem cadere possit, prudentia opus judicandum sit; nescio equidem, quid prudentiæ nomine appellari debat. Quod si audire nobis licuisset crebra illa cum consiliarijs, quos in omni vita secum habuit excellentissimos, priuatim habita de Deo, de religione, de repub. de rebus maximis colloquia: si penetralia illa & penitus secreta tecta, quæ prudentissimos eorum sermones fidelissime

lissimè semper exceperunt, ejus nobis possent commemo-  
rare & in consilio vim, & in oratione sententias,  
& in sententijs gravitatem: nullum mihi relinquere-  
tur, Auditores, dubium, quin statueretis, nihil illo in  
hoc genere fieri potuisse perfectius. Etsi vero Duce  
Georgio, fratre Principis, juvēne magnanimo, cum pro  
aris & focis pugnaret; ictu tormenti ad nobile Francofurtum, quod est ad Menum, sublato; & Henrico  
patruo, omnium literis & monumentis memorando  
Principe, domi in patria mortuo, initia gubernationis in 1552.  
tempus aliquantò iniquius incidebant: tamen ea tem-  
poris formidolosissimi tempestate, quæ toti huic Duca-  
tui naufragiū minitari videbatur, sua, in omni seculo-  
rum memoria celebranda, prudentia dīvus Vldaricus  
compescuit & sedavit, ut sine sanguine civili & ce-  
de navis Reipub. in portum tranquillum deducta, sal-  
va in eo & incolumis, utcunq; hinc belli septentriona-  
lis procellis, illinc Hispanici latrocinij astu, multisq; a-  
lijs fluctuum agitationibus ingruentibus & eam alla-  
tratibus, toto illo tempore, quo per annos quadraginta  
novem gubernationi præfuit, singulari Dei in eam fa-  
vore, periculis & consilijs beatissimi Principis, con-  
sisteret atq; permaneret. O fructum prudentiae in-  
credibilem atq; omnium regionum linguis usurpan-  
dum! Domuerit C. Iulius Cæsar gentes immanitate

B 2 barba-

barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinitas,  
omni copiarum genere abundantes: hac laude pru-  
dentiae Principis nulla est major, nulla amplior, nulla  
augustior. Illa enim Julij lacrumarum ℅ di-  
reptionibus plenissima fuerunt: hac Vldarici pruden-  
tiae facta tantum abest, ut gemitus caussam ulli homi-  
num dederint, ut illorum magnitudine agri etiam atq;  
campi mirificè tūm recreati adhuc latentur. Nolite ex-  
istimare, Auditores, dicas aut orationis augendae cau-  
sa hec à me afferri. Aspicite Belgum, oculos conver-  
tit in Ungariam, lustrate huic vicinas regiones: ℅  
vel cogitatione, si potestis, hoc aſequimini, quanta  
sit quamq; deploranda calamitas, cum, cui hodiè  
amplissima erant fortunæ, cui summus honoris gra-  
duas, qui vespere cum conjugé, cum liberis, cum fa-  
milia corpus ad quietem, securus hostium, com-  
posuerat; sub noctem intempestam, vi Turcicæ  
haud opinatò irruente, nudum ejici domo, focis pa-  
trijs præcipitem deturbari, inter immanissimas gen-  
tes abductum ante oculos oraq; sub hasta vendi-  
tionem liberorum, filiarum stupra, adulteria conju-  
gis conspicere, ℅ in miseras inextricabiles miseri-  
mè conjici. Quod si hac fortasse, tanquam ab oculis  
auribus remotiora, minus quem moveant, is mihi  
vicinam intueatur Livoniā. num quis sine roranti-  
bus

bus oculis recordari poterit calamitatum illud pelagus,  
in quod nobilissima olim illa provincia præcipitata est? 1600.  
num quis, cui non pro corde saxum est, siccus memi-  
niſe poterit direptionum, vastationum, pestis, flam-  
marum, rapinarum, stuprorum, parricidiorum, inau-  
ditæ truculentia, qua liberi parentes, & hi illos, famis  
crudelitate exstuprati, infandis modis multipliciter  
devorarunt: quibus cum execrandis portentis ista or-  
bis Christiani pars jam aliquot annos conflictatur, ut,  
nisi Deus noster, in cuius manu mors est & vita, bel-  
lum & pax, perditio & salus, animam propemodum  
agenti Livoniae succurrat, verendum, ne paullò post  
exspirasse illam audiamus, & fædissimè intermor-  
tuam lugeamus. Quod si neq; hæc tam atrocia, tam  
abominanda, tam detestanda quenquam percellant,  
is in vicinos populos, eosq; potentes & rerum magni-  
tudine claros, animi aciem intendat, & quam parva  
interdum offensione, civium, non tantum res in pe-  
riculum adduci, sed universæ quoq; commoditates,  
veluti unica grandine totius anni fruges, auferri fa-  
cilimè possint, reipsa liquidò discet. Hæc cogitemus, hæc  
sapiamus, his perculti, in beneficiorum, qua Deus  
prudentia Vldarici toti huic reipub. parta reliquit, com-  
memoratione triumphemus, & ut æterna sit illorum  
apud nos possessio, cum, qui solus omnia potest, suppli-  
cibus.

ribus votis exoremus. An verò quæ ita prudenter à  
divo Principe facta, gratissimi animi memoria repeti-  
mus, sine justitia, sine fortitudine, sine singulari animi  
moderatione praestari ab ipso potuisse, credendum est?  
Nam cum Reip. felicitas diurna esse non posse, in qua  
Et improbis quidvis agendi licentia concessa est, Et  
scelerati legum vincula, tanquam aranearum telam  
crabrones, perrumpunt, Et facinorosi in curia, in foro,  
in dignitatibus volitant, Et ipse gubernator ignavia,  
scelere, libidinibus, crudelitate, rapinis, turpitudine dif-  
fluit: profecto is providè Et consideratè civitatem  
rexisse dicendus erit, qui justè, qui fortiter, qui mo-  
deratè omnes regij officij partes tueretur, atq; in his  
anchoris fundatam reipub. salutem habet. Qua-  
re beatissimus Princeps, ut, quem sibi in Republ.  
proposuerat, finem eò felicius assequeretur, atq;  
non ad messim suam, sed eorum, quibus præcerat,  
utilitatem magno cumulo omnia referret; primò o-  
mnium collapsa propemodum in his terris judicia, qui-  
bus Et causæ tñ ciuiles tñ Ecclesiastice dijudicari solent,  
Et inter subditos pax, Et reip. sua dignitatis ornamen-  
ta ac stabilitatis præsidia conservantur; solertia sum-  
ma, fide pari, cū fratre Ioanne Alberto, heroe tanto, ut  
nominis illius celebratissimi in multis Germania Gal-  
lia, Italia, Dania Et Svecia oris, cum honorificentis  
ma

marerum ab ipso præclarè gestarum usurpatione circumferatur memoria, restauravit: non, ut instar retis cuiusdam minores feras illaqueantis, belluas transilientes ne quidem attingentis, ita ipsa quoq; hominum imbellium laquei forent, potentiores minimè tenerent: sed ut essent theatrum edito loco atq; conspicuo positū, in quo ad legis divinae & juris civilis præscriptum, non secus atq; ad aquamentum, omnes lites deciduntur, & jus tam ijs, quibus aut parum aut nihil est, quamvis his, qui abundant, à viris sapientia, eruditione, veritatis ac pietatis amore insignibus quasi appendetur. Quod ut ipsum eò rectius & sine querela fieret, beatissimus Princeps, exemplo propemodum incomparabili, tum summa cum religione, maximo ingenij acumine, sine ulla vel temporis vel laboris exceptione, etiam ingravescente astate, nisi incommodior cum valetudo haberet, judicijs praesse, tum, quas subditis dederat, leges ipse accipere, cum immarcessibili nominis sui gloria consueverat. Sed vana est lex, inania sunt iudicia, nihil est omnis potestas, si magistratus vel malignitate vel negligentia vel mollicie nec ulli suum tribuat, & delinquentibus sententiaq; condemnatis impunitatem, bonis dolorem afferat. Expugnentur licet urbes, corripiantur gentes

gentes, regnis injiciantur manus; nisi foro, nisi curia,  
nisi tribunal officium atq; executio sua constiterit, par-  
tarum rerum aquatus caelo cumulus sedem stabilem  
non habebit. Te quibus, ô dive Uldarice: tecum enim  
nunc libet loqui, si qua vox ad te nostra pervenire  
potest: te, inquam, quibus, dive Uldarice, verbis  
efferam? quibus preconijs extollam? quo benevolen-  
tiae genere prosequar? tu facinoris nullus pepercisti:  
tu vitia hominum atq; fraudes damnis, ignominij,  
vinculis, verberibus, exilijs, morte mulctasti: tu bla-  
sphemos gladio, latrones rota, veneficos flammis,  
fures laqueo, homicidas ense ultus es: tibi, ne vel a-  
dulteria, vel scortationes, vel calumnia, vel ul-  
lum atrocios scelus impunitum abiret, cautio propria  
erat: ut paucis multa; tu superiores cum inferioribus,  
maximos cum minimis, divites cum pauperibus, le-  
gum justa administratione, cœu aurea foris catena,  
devictos colligatosq; tenuisti, ut, quemadmodum  
subterraneus Planetarum motus primi mobilis estum  
sua contatione retardat, sic ipse aequilibitate juris di-  
cundi totam hunc orbem tuum politicum à seditionum  
incendijs & latrociniorum flammis salvum & inco-  
lumem conservares, orphanorum pater, viduarum  
judex, omnium injuria oppressorum vindex atq; af-  
sessor. Quis recordatione tui nominis non lætetur?  
quis

quis non gestiat? quis non exultet? quis non triumphet? cum ē in judicando tantam fidem, ē in exequendo tantam fortitudinem adhibueris, cum qua nullius ferè hominis fortuna conferri possit. Neg<sub>z</sub> enim, quod multis accidit, Auditores, ut à justa sententia vel summorum virorum precibus, vel vocationibus improborum, vel hominum levium sermonibus avertantur: id beatissimus sibi Princeps unquam evenire passus est: sed magnitudine animi invicta, sicut in tota vita pudicitiam, temperantiam, liberalitatem, humanitatemq<sub>z</sub>, quæ cum Cyri, Scipionis, Agesilai, summorum regum, virtutibus certarent, sanctissimè coluit: sic iustitiam severè administravit, ē ferri ultoris aciem in omnem, tum necessitudinibus ē divitijs exultantem, tum infamia atq<sub>z</sub> inopia perditam improbitatem intrepidè vibravit. Quod tamen non ita accipiendum est, ac si inexorabilis quispiam Minos aut fatalis Rhadamanthus fuisset. Iustitiam enim cum clementia natura in eo temperaverat ita mirificè, ut non modo in judicium s<sub>a</sub>vitiae, aut ira impotentis, aut ulciscendi libidinis, sed ne in tenuissimam quidem suspicionem vocaretur, neq<sub>z</sub> venerandos sue dignitatis fasces apud ullum ordinem ludibrio exponeret. Itaq<sub>z</sub> ē delinquentibus s<sub>a</sub>pè ignoravit, ē suppli- cibus opem tulit, ē afflictos excitavit, ē non cupidi-

C tate

tate aut pravitate aliqua lapsis salutem dedit. Quid  
illam moderati animi vim commemorem, quod bea-  
tiſſimus Princeps cum reipub. offenſione conjuncta in-  
terdum negotia mansuetiſſime egit, nec Iaſus ad ar-  
ma ſemper provolauit, ſed quorundam ferociam lente  
contra eundo repreſſit, quorundam arrogantia indul-  
ſit, non et jam nullorum temeritatem conniventibus  
oculis prateriſt? Quæ cum gratulationibus innume-  
rabilibus digna ſunt, tum illud in omni ævo admira-  
bile ſ' admoderati animi decus ſempiternum per-  
tinet, quod cum inter Principes ſ' hanc urbem, quæ A-  
cademia huius annos jam ferè ducentos hospitium eſt,  
civilis diſenſionis flamma exarſiſſet: beatiſſimus Vl-  
daricus, intercedente pro urbe hac ipsa Academia per  
legatos ſuos Davidem Chytraum ſ' Ioannem Poffeli-  
um, qui nunc ſunt ex ažiois, viros prætantifimos, alla-  
borantibus provincialibus, iñteſini belli incendium ſa-  
lute urbis reſtinxit, pactis conditionibus; quas tanta  
ſide coluit, ut nunquam ab illis abduci aut dimoveri  
ſe cuiquam commiſerit. Sed venio nunc ad eam  
virtutem, ſine qua ſuperiora illa, quæ à Principe in  
repub. prudenter, iuſtè, fortiſter, moderateq; admi-  
nistranda præclarè extirpta fuerunt, proſtrata ja-  
cerent omnia: pietatem dico, qua ſ' Cæſarem,  
ſ' patriam, ſ' Academiam ſ' Eccleſiam ſ' Deum

Deum prosecutus est: cuius splendor in Principe  
tantus fuit, claritas tanta, tanta dignitas, ut haec  
à Deo donata, superiora illa ab homine commoda-  
ta visa fuerint. Multi iijq; præclari sæpè viri,  
quem fructum honoris ex subditis capiant, sollici-  
tis articulis supputant: quam verò superioribus de-  
beant obedientiam, aut dissimulant aut negligunt.  
Uldaricus Princeps, uti rectè imperare, ita rectè quoq;  
obtemperare didicerat orbis Domino, Cæsari Ger-  
mano. hujus nutui, tanquam in vigilia quadam se-  
natoria, semper stabat. hunc summo honore toto sue  
vita tempore afficiebat. ab hujus mandatis & fide  
ne l. itum quidem unguem discedebat. hujus gloria,  
hujus incolumenti, huius saluti, quicquid à Princi-  
pe, Reipub. studiosissimo, & jurisjurando servan-  
tissimo profici sci, potest, more majorum religiosissi-  
mè tribuebat. Novit tota Germania, novere o-  
mnes Imperij status, novit ipsa invidia; tanti sem-  
per factam fuisse à divo Principe VLdarico sacram  
Imperatoriam Majestatem, ut cum huius nostri  
in Cæsarem, orbis terrarum Dominum illum,  
observantia, nullius populi in suos Magistratus stu-  
dium, quantumvis excellens illud atq; eximum,  
comparari posset. Propomite enim vobis, Auditores,

C 2                    illas

1566. illas ad comitia Augusta bis à Principe diversis tem-  
1580. poribus, cum summa illustriq; magnificentia atq; ex-  
celsi animi commendatione, susceptas profectiones. Co-  
gitatione repetite vigilias, labores, sumtus, pericula,  
curas, molestias, quas pro Germanie libertate &  
dignitate Vldaricus, sacri Romani Imperij princeps, or-  
bis inferioris Saxonici Imperator, exorbuit. Subeat  
vestrum animum supremi illius temporis recordatio,  
cum Princeps, reliquis plerisq; Ordinibus moram,  
nescio quam, neclentibus, vel solus, vel certè cum pau-  
cis, Oratores suos, nobilitate, eruditione atq; auctori-  
tate insignes, Cuno-Wolfradum à Bassevitz, Equi-  
*und Katt.*  
Goppenitz. tem Megapolitanum, Senatoremq; provincialem,  
Bartholomaum Clingium & Hajonem à Neßa, Ju-  
risconsultos clarissimos, consiliarios aulicos & hujus A-  
cademia antecessores, ad comitia Ratipponensia, locu-  
pletissimos perpetuae sua in Cesarem & Remp. obser-  
vantia testes alegaret. Itaq; commemorabunt poste-  
ri & sermonibus alent Vldarici divinam, & in gu-  
bernanda Repub. prudentiam, & in justitia cernenda  
fortitudinem, & in consiliis sapientiam, & in tota  
vita tum publica, tum privata, magnificentiam,  
continentiam, moderationem, mansuetudinem  
cumq; gratijs contemperatam illam gravitatem: hanc  
autem erga orbis terræ Dominum reverentiam, hanc  
in Im-

in Imperium fidem, hoc in Germanie Monarcham  
studium ipsa aeternitas intuebitur atq; obstupescet.  
Quam verò detestandi sunt Caligula, Nero, Galba,  
Domitianus, generis humani harpijæ, à quibus pie-  
tas, jura, leges, sub barbaricum jugum missa? qui  
rapinis, exactiōibus, profusionib; cives crudelis-  
simè exhauserunt? qui Imperij amplitudinem, inex-  
plebili libidine habendi, cœn acerbissimo quodam mi-  
lite, invaserunt, ut nihil vi & Tyrannide violari, ni-  
bil fastu & crudelitate extorqueri, nihil elata manus  
perfringi posset, quod non illi opprēsum atq; ereptum  
tenerent? Noster Princeps, & Cæsarem sine fuco ac  
fallacijs colebat, & cives suos benevolentia verè pa-  
terna complectebatur. Ac ut cetera relinquam, cui  
vestrum, Patres Academiæ, cœlestis ac divina bene-  
faciendi potestas, studio cuidam ardoris & inflamma-  
tæ voluntatis copulata, qua Princeps omnes reipub.  
partes non solum optimè, sed etiam summa cum glo-  
ria procurabat, ignota esse potest? Vidistis ipsi pleriq;  
Principem non raro pro communi utilitate vigilantem,  
pro fortunis subditorum excubantem, pro patriæ di-  
gnitate curas & labores tum graves tum varios tan-  
ta cum animi & corporis contentione atq; alacritate  
subeuntem, ac si sua salus, sua res, sua vita in unius-  
cujusq; privati salute verteretur. In quem verò

C 3 boni-

hominum unquam injurius fuit Princeps? cui ille aut  
opibus ornato, aut auctoritate munito, aut pactis  
conventis gaudenti, insidias, vim, laqueos teten-  
dit? cuius ille legitimam justamq; libertatem ali-  
liqua imminuti juris contagione funestavit? cum  
quo ille unquam, nisi cum vitijs & sceleribus, bel-  
lum gerit? quodnam ille judicium vel largitio-  
nibus, vel gratia, vel opibus, vel etiam solitudine.  
& inopia corrumphi sciens volensq; passus est? cui  
ille ordini iniustas, & populum deglubentes, exactio-  
nes unquam imperavit? quis deniq; de beatissi-  
mo Princepe vel suspicari unquam ausus fuit, cum  
pacis vel belli leges suis commodis metiri: consilia  
ex usu suo temperare: sanctitatem, veritatem, ju-  
stitiam, fidem, pactorum religionem sua utilitati  
callide postponere? Procedat ipsa ex Diaboli ce-  
rebro sata calumnia, atq; si poterit; poterit autem  
nunquam; veritatem hanc mendacij insimulet  
atq; arguat! Nam quantum illud est ingenij lu-  
men, quanta pietatis, quamq; incredibilis existi-  
matio, quam Divus Princeps in hanc Academiam suam, quo ad vixit, non verbo, sed opere  
& reipsa luculenter contestatus est. Facebat has  
2419. regia, quam Duxes Megapolitani & huius ur-  
bis

bis Senatus erexerant, schola aliquando omni pro-  
pemodum honoris atq; dignitatis splendore carens.  
Sed Princeps, qui se in religionis & in legum custo-  
dia ac sacrorum tanquam specula sciebat collocatum,  
noverat, atq; usū edocitus Academiarum digni-  
tatem amplissimam, utilitatem immensam, neces-  
sitatem inevitabilem cognitam perspectamq; habe-  
bat. Sunt enim Academia in Republica honori-  
fica, quia verum decus: utiles, quia praestantissimos  
& pulcherrimos sapientia omniscq; honestatis satus:  
necessariae, quia universae Reipubl. salutem am-  
bitu suo, tanquam cornu quodam Amaltheæ, con-  
tinent ac edunt. Vis in dignitatis fastigio, eoq;  
amplissimo atq; clarissimo civitatem constitui? Aca-  
demias fove & cole. Vis tibi verum hono-  
rem, eternum decus, ornamenta immortalia con-  
ciliare? Academias fove & cole. Vis pietate,  
ijsq;, quas nec ferrum demoliri, nec ignis, consumere  
non imber edax, non Aquilo impotens possit dirue-  
re, divitijs animum explere? Academias fove  
& cole. Vis scire vias, quomodo pax in civi-  
tibus, in republica tranquillitas foris domiq;  
quam diutissime conservetur, tumultus & bella  
cruenta vel caveantur, vel illapsa rectè admini-  
strentur feliciterq; finiantur? Academias fove & cole.

O Aca-

Cranz.  
lib. II.  
Met. c. 22  
& lib. II,  
Vand. c.  
32.

O Academiarum dignitatem! o præstantiam schola-  
rum! o studiorum majestatem! ut non mirum, si post  
homines natos scholæ & Academia à viris excellen-  
tibus, divinitus excitatis, constituta & conservata

Heb. 11. fuerunt. Etenim, ut à Patriarchis domi celebratas,  
Gen. 4, 26 quarum sacra litera meminerunt, scholas silentio in-  
12, 8. 13, 5. volvam, nemo, opinor, est in historia populi Israëlitici  
18, 19. 26, ita peregrinus, ut ignoret, publicam juventutis insti-  
25. 50, 24. tutionem primò omnium Moysi & Aaroni, deinde,  
Exo. 3. 4. cum bi duo tanto operi tamq; varijs multiplicibus q; laboribus distracto, non sufficerent, toti tribui Le-  
5. 13. 28. vitice, quæ ob id pertotans Iudeam in 48. urbes  
Deut. 4, postea dispersa, & amplissimis proventibus annuis  
14. Le. 10, ditata fuit; graviter & severè commendatam fui-  
9. Deu. 18, se; ut in scholis publicis naturam rerum, histo-  
5. Num. rias, Musicam, Medicinam, jus, Theolo-  
35. I. Chr. giam & Mathematicas disciplinas juventutem  
23. 26 Ne- docerent, & de gravissimis rebus inter se conferrent.  
hem. 8, 3. Huic publico docendi muneri Levitæ, mediate à  
& seqq. Deo vocati, & à Davide in 24. classes distributi,  
Deut. 17. continua & perpetua successione præfuerunt, usq;  
8. I. Cor. ad salutiferum illud, quo Servator noster in carne  
14. apparuit, letissimumq; tempus. Quo cum in duas  
I. Chr. 25. quasi familias scholæ Iudaicæ abijßent, alteram Pha-  
2. Chron. risæorum, alteram Iesu Christi: huins procuratio  
8. 26, 29. ab  
25. Luci 2.  
Eph. 3. 4.  
39. 56.  
Mat. s&c. 23. Ioh.  
4. L. 2.

ab ipso Domino discipulis commendata, tanta ab ijs  
fide suscepta fuit, ut per gravissimos atq; creberri-  
mos Doctores religio pura cum artibus & linguis  
per totum terrarum orbem disseminata propagare-  
tur. Postea cum celeberrimæ illæ, Alexandrina, An-  
tiochena, Tarsensis, Argentoratensis, Agrippina, &  
alia in Græcia, Italia, Ægypto, Hispania, Pan-  
nonia & Gallijs, scholæ & Ecclesiæ, in quibus par-  
tim ab Apostolis, partim ab horum discipulis lux  
Evangelij accensa cum bonis disciplinis & linguis  
fulgebat, barbarie polluerentur, nonnullæ etiam  
vastarentur: paullatim collegia Canonicorum exti-  
terunt, politioris literaturæ & pietatis officinae, &  
Ecclesiæ atq; Rerum pub. seminaria. Verum cum  
in ijs literarum studia negligi cepissent, Canonicis aut  
aularum negotijs aut bello impeditis, relegatum est  
docendi munus in Monasteria & claustra; quæ  
cum ipsa tum ceremoniarum multitudine, tum di-  
vitij amplificata obbrutescerent: factum est, ut filia  
matrem devoraret, & ut his, quibus studia cordi-  
erant, exclusis, retentisq; superstitionum mancipijs,  
ex seminario Ecclesiæ Iesu Christi, sentina concilia-  
bili Satana; ex sanctissima doctrina & virtutum  
officina, sceleratissima ignorantia & Bacchi popina;  
ex collegijs hominum pietate atq; eruditione insi-

D ignium

Act. 13. 15.  
20. 17, 20.  
6, 9. 13, 2.  
19, 8.  
Epitome  
historiæ  
Ecclesiæ.  
cent. i. lib.  
2. c. 22. us-  
que ad  
fin. & ini-  
tio lib. 3.

Dresserus  
millena-  
rio 5.

Zwing.  
in theat.  
vitæ hu-  
manæ  
vol. 26.  
I.I. Alchu-  
sius in O-  
rat. de  
scholis.

gnium, colluvies ignavorum, gula, pene, luxu, perdi-  
torum fraterculorum effingeretur: quorum execranda  
ruditas, improbitas abominanda, piandumq;  
flagitium quicquid usquam est bonarum artium  
linguarum ex omni hominum memoria, cum  
generis nostri & dedecore summo & detimento  
incomparabili, profligasset, nisi Opt. Max. nostri  
misertus, Monachis vino atq; venere sepultis,  
Canonicis supra & honores obscientibus, orbi Chri-  
stiano vigilasset, effecissetq;, ut prstantes in Re-  
pub. viri, Academias passim per Italiam, Germa-  
niā, Hispaniam, Galliam, Angliam aperirent;  
in quibus litera vel excoolerentur, vel certe in li-  
brorum custodia, veluti in cophinis, suo tempore de-  
promenda, aſſervarentur, & hinc in posteros di-  
manarent. Quas tanti fecerunt, ut non profes-  
soribus solum & studiosis privilegia, qua virtutis  
præmia, non autem turpitudinis integumenta es-  
sent, liberaliter indulgerent: quibus ipsi ab injuria  
tutu nec pignorationum legibus subijcerentur, nec ad  
aliud, quam ejus, qui Universitatis primus est,  
qui Rector appellatur, cuiq; equalis Principi dignitas  
attributa est, trahi judicium possent: sed præmij  
quog; & honoribus docentes decorarent, opibus cu-  
mularent, mirificè colerent, & sacrosanctè defen-  
derent.

Authent.

habita. C.

Ne filios

propatre.

Menoch.

de arbitr.

Judic lib.

z. cent. z.

c. 68. Be-

ninius pri-

vil. 16. Iu-  
risperit.  
Midden-  
dorpis de  
Acad.lib.  
1. c. 3.  
Zwing.  
theat.  
vol. 18.  
lib. 4.

A. C. 791.  
vide Mid-  
dendorp.  
in Acad.  
lib. 3. 4. 5.  
6.

1237.

1302.

1419.

derent. Age verò, Constantine fmpator magne, age  
exurge, atq; tuum in Academias, sine quibus Ecclesias  
stare nullus posse judicabas, favorem: tuum in Ab-  
ladium Philosophum, quem cum filio Constantio fmp-  
erij Romani rectorem constituebas, amorem: tuam  
in Sosipatrum Oratorem, quem in maximo precio ha-  
bebas, clementiam nobis ostende. In vitam redi Sigis-  
munde quarte, atq; istum, quo doctos homines impen-  
sè fovisti, ac amplissimis dignitatibus exornasti, ani-  
num tuum in frequentissimū hunc doctissimorū homi-  
num concessum affer. Tu quoq; Maxime Aemyiane,  
Cæsarum Germanorum ex Austria domo primum  
decus, nobis non gravaberis adesse, cuius ductu atq;  
auspicijs, Latina, Græca Hebraicaq; literæ, elegantio-  
resq; disciplina in communi patria nostra quasi renatae  
paullatum excreverunt, donec tandem vi atq; impetus  
quodam perrumperent: qui bona studia honestissimè  
tractasti, qui disciplinas animitus amavisti, & pra-  
cipuo quodam honore affecisti. Nam quid conducam  
huc, Auditores, Carolum Magnum, qui Parisien-  
sem & Ticinensem & Patavinam: quid Frideri-  
cum 2. fmpatorem, qui Vienensem: quid Da-  
gobertum Francæ regem, qui Erphodiensem:  
quid Joannem Albertumq; Duces Megapolita-  
nos, & Senatum Rostochiensem, qui hanc nostram:

D 2

Quid

1426. Quid Ioannem, Ducem Brabantiae, qui Lovaniensem: quid Albertum Austriacum, qui Friburgensem  
1460. Brisgoe: quid Eberhardum Barbatum, qui Tybinensem: quid Ludoicum divitem, Bavaram, qui  
1477. Ingolstadiensem: quid Fridericum I. Saxonie se-  
1479. ptim virum, qui Witebergensem: quid ceteros  
1502. meritis factis clarissimos heros, qui in diversis mundi partibus alias atq; alias Academias magnificis sumtibus condiderunt, ijsq; tanquam preciosissima thesauro, unde sibi ac toti posteritati, ad bonorem Dei, ad Ecclesie atq; Reipub. utilitatem, ad ditionis sua celebritatem profutura deponerentur ornamenta, vehementer delectati fuerunt? Qua quidem in re praestantissimi illi viri antiquitatis exemplum, & repetitam ex memoria veteri in doctos benevolentiam imitati sunt. Nihil dico de Luculli in omnes eruditos liberalitate. taceo Antonini pij in eodem benignitatem. mitto Adriani in Athenensem Academiam magnificentiam. fileo Scipionis Africani in literas, quarum Archea, crepidatus etjam, inter difficilima belli studia, frequentare solitus est, humanitatem. Te, Pompei Magne, te quis non jure miratur? tu enim, cum clarissimam a potentissimo Rege Mithridate victoriam reportasses, non solum Cratippum Athenis, Rhodi artium liberalium doctores audi.

Plut. in  
Lucullo.  
Capitoli-  
nus. Pon-  
tanus de-  
liber.  
educ.  
c. 11. lib. 1.  
c. 44. de  
Fotitud.  
heroic.  
Plin lib. 7  
c. 30.

divisti, auditosq; regijs muneribus besti: sed ♂ Pos-  
sidonij fortè agrotatis adibus eos submisisti fasces, qui-  
bus se occidens oriensq; submiserat. O verè magnum  
atq; eximum factum! Pompejum illum magnum,  
non alicujus pagi aut trium capellarum gubernato-  
rem, sed Romani fmparij; cuius maiestas ijsdem ferè,  
quibus antiquis hic orbis, tūm continebatur termi-  
nis; moderatorem ac præsidem, hominem de schola fe-  
cisse tanti, ut, depositis imperij fascibus, id ipsius tenui-  
tati tribueret, quod nec potentia Pyrrhi, nec ulli Re-  
gum maximo ab ullo fmparatore tributum fuit. O  
verè magni viri magnum ♂ eximum atq; aternan-  
dum factum! At nos ubi hodie sumus, Auditio-  
res! ubi terrarum vivimus! Annibal, trux ille A-  
fer, cum Gilonem in frequente senatu de loco detra-  
xisset, ♂ se ipsi violenter antetulisset, jussus impu-  
dentiae illius tam effrenatae causam dicere, non minus  
salsè quam superbe respondit: hominem se esse milita-  
rem, ignorantem leges civiles. Fuerunt, Audi-  
tores, omnibus temporibus, ♂ sunt, ♂ erunt dein-  
ceps, Annibalis quam plurimi similes, literarum ho-  
stes, qui studia hæc nostra, quibus nec à Deo melius  
dari, nec ab hominibus majas optari potest, contem-  
nunt, ♂ Academias, tam necessarium orbi καρπάντος  
evertere conantur, nihil pensi ducentes, quod ab ijs

Plutarch.

D 3

juam:

Middēl. suam fortunam, atq; eam, quam ingratissimi oppug-  
in Acad. nant, eruditionem hauserint. De qua re cum semper  
lib. I. c. 4. doctorum querela extiterunt, tum ex multis unū Re-  
buffum, Iuris consultum illustre, si placet, audiamus.

Pacius ad Per n. quām indigne fert, esse multos, qui contra Uni-  
Coast. versitates, quas apud se habent, insurgat, non agnosce-  
Frid. de tes, quid honoris bonivè per eas accedat: horum na-  
stud. Pri- turā, ait, filijs viperarum esse similem, quæ partu filio-  
vil. rum, corrodis à fetu lateribus, eviscerantur. hæc Rebif-  
fus. Et profectò, quā inflammati illius odij caussam  
putabimus aliā, nisi vasti & elati animi insolentiam,  
nec quantum emolumenti in genus humanum ex A-  
cademijs redundet, ponderantem, & omnes leges, o-  
mnia jura, omnē humanitatem ex alto despicientem,  
& pedibus immanissimis proculcante? Quām dissimi-  
lis, quām aliena fuit ab hac turpitudine, ò dñe Ul-  
darice, tua ratio atq; via! Tu noveras tantum prasi-  
dij & splendoris accedere ijs, qui cum imperio sunt,  
quantum studij & opera ponant in favendis literis,  
quæ rumpatur quisquis rumpitur invidia, rerum hu-  
manarum dominas sunt. Tibi persuasum erat, non or-  
nandas solum, sed & amplificandas esse Academias.  
Tu noveras, neglectis vel deletis scholis nullam un-  
quam Rempub. diu stetisse aut stare potuisse. Tibi pro-  
prium erat, te Patronum & Cancellarium scire esse  
hujus

huius Academiae, Et ad te tuumq; nomen pertinere,  
non, ut tanquā prado aliquis nefarius, patrimonium  
dignitatis Academia diriperes, sed quasi parens bonus  
aut fidelis tutor defenderes Et propugnare. Tibi ex-  
ploratum erat, nervos Academia in coēcitione, in di-  
sciplina, in morum honestatis custodia consistere; quae  
si vis aut Tyrannis, aut callida quedam juris inter-  
pretatio exterminasset, ab ea statum Et incolumentem  
et vitā Reip. literaria miserrimē debilitari, et quasi uno  
ictu excindi. Atq; hac omnia non in cerebro, tanquā  
in vagina gladiū, cōclusa habuisti, sed opere quoq; atq;  
egregijs tuis istis in hāc Academiā factis comprobasti.  
Tu cū di vo Ioanne Alberto fratre tuo, Principe heroi-  
co, propemodū collapsā quondā Academiā hāc restau-  
rasti. tu eodē adjutore Professores vestros salarijs Et  
proventibus cumularavisti. tu eodē adjutore, quos or-  
naueratis, perpetua benevolētia sincerē complexi estis.  
Quis a. mores Academia honestos conservavit, laben-  
tes confirmavit, afflictos excita vit? divinus Vldaricus.  
quis disciplina fasces à ferocia atq; audacia cōtaminari  
nō est paſsus? quis barbarē, quis luxū, quis digladiādi  
libidinem ab hujus Academiæ mænibus exulare jussit?  
divinus Vldaricus. Quis pro legum nostrarum auctoriti-  
tate, quis pro optimorum studiorum incolumente,  
quis pro Academiæ salute adeò pie, adeò prudenter,  
adeò ſollicitè excubias ſemper egit? divinus Vldaricus.

Itaq;

Itaq; tuum, Princeps Vldarice , nomen, cum funda-  
toribus hujus Academiae & conservatoribus atq;  
Patronis ceteris, cum clarissimis majoribus tuis, cum  
amplissimo hujus urbis Senatu, nutritio & compatrono  
Academie huius beneficentissimo , cū Imperatoribus,  
Regibus, Ducibus, cum Rebus pub. quarum in Aca-  
demias merita extant , in aeterna erit benedictione, &  
quam diu fuerint, qui vel literas norunt, vel scientias  
atq; bonas artes docent , tamdiu memoria vestri in-  
violata conservabitur: cum contra Nerones, Caligu-  
las, Iulianos Apostatas , Annibales, Academiarum  
hostes, bonorum Tyrannos, disciplina corruptores, legū  
prædones & contemtores, infamia, dum Musæ e-  
runt, comitabitur, & facta ipsorum immanissima, in-  
tolerabili ambitioni copulata, in secula futura tran-  
scribet: quin ipsa studijs. humanioribus congenita ve-  
ritas, vel evulsa lingua, spiritu ipso turpitudinem illo-  
rum incesset, atq; furijs ultricibus perpetuo conscientiae  
angore & aeternis supplicijs vivos mortuosq; mactan-  
dos mancipabit. Sed erunt fortasse , Auditores, qui  
judicabunt, me longius proiectum , atq; huius tem-  
poris ratio postulare videbatur. Ego vero statuo, ma-  
ximam à me commemorandi copiam prætermis-  
sam, majorem adhuc restare. Nam quid prædicem  
eam beatissimi Principis pietatem, qua in Deum &  
Eccle-

Ecclesiam tanta in eo fuit, ut excellentes ac divinos  
homines maiores suos, rerū gestarū virtutumq; fama  
super aethera notos, hac una re leclissimus Princeps lon-  
gissimè superaverit. Stupet admiratione tanta rei  
perculta mens; orationis ipsius acies, inusitato illius  
fulgore quasi obstupefacta, ut ejus dignitate possit con-  
sequi, veretur. Dicam tamen ut potero, Et verbo, si po-  
tero dicam, auditores clarissimi Et ornatisimi. vos  
non ex oratione, sed ex ipsa natura rem penditote. Na-  
tus erat leclissimus Princeps felicissimis temporibus,  
quibus Doctrina verbi divini, Megalandri Lutheri  
ministerio, divinitus repurgari ceperat: sed ita natus e-  
rat, ut Et domi Et foris aures ipsius praeceptis pontifi-  
cio fermento inquinatis personarent. Ex his tenebris,  
ex hoc traditionum humanarum carcere Deus admi-  
rando planè opere eduxit Principem, non illum quidē  
obstinatè reluctantem, sed animo auctorem salutis cu-  
pidissimo sequentem. O rem magnam atq; incredibi-  
lem! o factum egregium! Aequaverat leclissimus  
Princeps magnanimitate ac prudentia majorum fa-  
cta Et laudes: nunc quodammodo se major factus  
est: Et, cum neminem haberet, cum quo certamen  
gloriae susciperet, cum se ipso in certamen descendit, seq̄  
ipsum, quod post hominum memoriam prop̄ inaudi-  
tum est, in eo stadio superavit? Abjecerunt s̄p̄e ho-  
mīnes,

1527.  
22. April.  
inter. 2. &  
3. Pom.  
Sverini.

mīnes, & in his non rārō nobiles viri professionem vi-  
tae, & aliam, unde plus emolumēti ad se redditurū  
sperabant, cupidi suscepērunt. hic lectissimus heros re-  
pudiata illa, quae ad summōs honorū gradus, ad in-  
effabilem potentiam, ad infinitas divitias sui cultori-  
bus fenestrām patefacere solet, religione, amplectitur  
cam, qua cum angustijs, cum difficultatib⁹, cum cruce  
conjuncta, nihil habet, in quo glorietur, extermi; nullo,  
cui nitatur, circumsepta est robore; nullis honorū,  
opum, potentia, quibus superbiat, præsidij clarescit.  
Venerat lectissimus Princeps nobilitate generis in  
amplissimam & regiam Ducum Megapolitanorum  
familiam: nunc in veræ Ecclesia, omnium credentium  
matris laudatissimæ, familiam se dat arrogandum. e-  
rat generis claritate, ceteris hominibus augustior: nunc  
intam præclaro aversandi Baalitica idola studio sei-  
psum claritate vincit. prudentiam lectissimi Prin-  
cipis atq; moderationem, summo dignam imperio, o-  
mnes mortales antea mirabantur: nūc ipsum è perple-  
xis pontificij regni, magnitudine atq; copijs ad stu-  
porem circum vallati, laqueis divinitus eluctantem ve-  
hementer admirantur exercitus ipsi cœlestes, summus  
ille effector atq; gubernator mundi vehementius ama-  
vit. Sed quid ago? egone verbis me posse confidam  
assequi illam Principis Vldarici pietatem, fructu di-  
vitēm,

vitem, studijs fœcundam, operum bonorum proven-  
tu uberem? Cujus enim in hominis pectore tam ar-  
dens fuit, quæ omnia cœlestia firmissima mentis in-  
ductione complectitur, fides? cuius à rebus humanis  
evocatus ad charitatem, ad Dei gloriam, ad cul-  
tum ipsius inter ciues rectè disseminandum ani-  
mus tam incensus fuit? è cuius unquam hominis  
corde, Spiritus sancti radijs illustrato, tantus omni-  
um eluxit virtutum chorus, timoris Dei, invo-  
cationis, spei, confessionis, Zeli, constantiae, li-  
beralitatis, beneficentiae, tenuium & afflictorum ho-  
minum misericordiae? O Naoburgica templa! ô Augu-  
stal' indelicorū augusta palatia! quæ de Principis, ho-  
spitis quondam vestri, eximia in Dēu pietate; de studio  
ipsius in propaganda vera religione Achilleo; de animo  
sacrosancti verbi Dei amore ad miraculū inflamma-  
to, judicia multa graviaq; fecisti! O invictissimi Ca-  
esaris inusitata sapientia, sincerūq; judicium! qui cum  
non magis in Augustana confessione fluctuantem,  
quam tibi in ijs, quæ Cæsar is sunt, adversantem  
Principem experiundo cognovisti, tum citius solem à  
cursu suo, quam Vldaricum Duce Megapoli-  
tanum ab ea, quam constantissimè tuebatur, Luthe-  
rana Evangelij professione dimoveri posse sensisti. te  
deniq; appello tempus illud concium consilij atq;  
1565.  
1566.

E 2 par-

particeps, cum ad sanctissimum sanctissima Concordia  
opus extruendū, pricipiū illud doctorū Germanie lu-  
men, David Chytraus, eligeretur. vosq; libri, qui sum-  
mā orthodoxe Catholicae doctrinae, studio Vldarici colle-  
ctā, manu ipsius conscriptam, continetis, testes co-  
gitationū illius divinarum. vos etjā seclusi adiūtum re-  
galium recessus, vosq; editoris facelli arcus, vos hunc  
statis diei temporibus ex fontibus Israēlis vivificas a-  
quas, ex spiritu Dei plenis Megalādri Lutheri scriptis  
vita gubernationisq; normam hauriente vidistis: vos  
totius anteacta vita noxas ad unguem ruminantem,  
cum acri doloris morsu, in solius Iesu Christi meri-  
to acquiscentis, omnia sua quām exactissimē discu-  
tientem conspexistis. vos pro Christiana religione, pro  
patria, pro gubernatione, pro subditorum salute, proto-  
tius vita cursu benē feliciterq; finiendo, cum lacrimis  
sapissimē, semper cum incredibili ῥησφοεια gemitus,  
suspiria, preces ex intimis cordis penetralib⁹, indubita-  
ta in vindice illum generis humani fide, eductas, stu-  
diosissimē ad Dcū fundente animadvertisisti. Vos  
muta templi, quod est Gustrovij, cathedralis ara im-  
ploro, que hujus pietate ex ruderibus, in qua propemo-  
dum resederatis, ad istam magnificentiā pervenistis.  
quid majori vos unquā voluptate perfudit? qua in re  
unquā magis gesti vistis? quām si accidente Vldari-  
cum

cum conspiceretis; conspexistis autem sexcenties; et in  
mensa Domini cum mirifico fidei et devotionis sensu  
convivā exciperetis? Quanto vero, pro sancte Deus,  
beatissimus Princeps odio, cum omnes doctrina purio-  
ris corruptelas, tum Calvinianos lucifugas, et Sacra-  
mentarios tenebriones, quorum ubique magna seges est,  
qui sub pallio Lutheri, quo se integunt, religioni insidias  
struunt pernicioſissimas, insectatus est? at quanta li-  
beralitatis ipsius, quanta beneficentia, quanta benigni-  
tatis lux oborta est his, qui verbum Dei in scholis et  
Ecclesijs pure docebant, qui cum inopia conflictarentur,  
qui in solitudine versarentur? quod Xenodochium, quae  
domus, quae suble vanda esset cegisti agricultorum, quod  
opus aliud vel ad colendam religionem, vel ad juvan-  
dos homines utile, Principis in se benignissimum animum  
unquam sensit claudier? senserunt ipsius pietatem cives,  
cognoverunt peregrini, expertae sunt Ecclesia. hunc pa-  
tronum habuerunt orphani: patrem vidua: tutorē pu-  
pilli: illi, qui omnium rerum abundantes, Principis mini-  
mè egere videbantur, fidele eum religionis, in cuius pa-  
trocinio vita cuiusque vita continetur, defensorē vene-  
rati sunt. Quibus prudentiae, justitiae, fortitudinis, mo-  
derationis, pietatis artib⁹ id consecutus est beatissimus  
Princeps, ut apud Cæsarem electores, Duces, reliquosq;  
sacri Romani imperij ordines auctoritate, apud cives

E 3

amore

amore, apud bonos gratia, apud omnes admirazione plurimum posset: ut in rebus ordiendis felix, in agendis industrius, in perficiendis fortunatus es-  
set: deniq; ut apud neminem non Deus quidam mor-  
talis adjuvandum & ornandum genus humanum,-  
singulari quodam dono in terras missus, haberetur. fide  
autem in Filium Dei, & immobili orthodoxe-catholi-  
ce doctrinae confessione, in qua vixit, quam omnium  
cogitationum sermonum factorumq; regulam habuit,  
quā sub ipsum mortis articulū, publicè repetita ordina-  
tione harum Ecclesiarū, professus est, in qua exantlatis  
septuaginta sex annorū molestijs, placidissimè expira-  
vit, tanquam alis in cælum hoc die, qui vita ipsius cœ-  
lestis & eterna natalis est, sublatus, quatuor maxi-  
ma nobis bona reliquit, memoriam sui immortalem,  
pacem floretissimam, cultum religionis sincerissimum,  
& horum omnium protectorem & amplificatorem cla-  
rissimum. O beatum tel'ldaricum! qui recte credendo  
in ijs nunc versaris templis, ubi animi perpetuis con-  
spectus sacrosancte Trinitatis fructibus cumulantur:  
ubi aures nablijs & concentibus, immensam Dei in  
genus humanum bonitatem prædicantibus, mirifice  
circumsonant: ubi tu cœlestium voluptatum, quibus  
in sempiternum tempus perfrueris, magnitudine  
& copia, Davidi, Josaphato, Ezechie, alijsq; sanctis

1603.  
13. Martij.

1603. 14.  
Martij.

300.000

sanctis heroibus immixtus, abunde affluis, secu-  
rus sine trepidatione, sanus sine agnatione, pulcer  
sine labe, satur sine fastidio! O te felicem! qui ita  
a nobis hinc discessisti, ut tot Reges, tot Principes, tot  
Duces, tot clarissimas, Daniæ, Angliæ, Scotiæ, Sa-  
xoniæ septemvirali, Guelphorum Ducatui, Holsa-  
tiaæ, Episcopæ Sverinensi, potentissimis orbis Christia-  
ni regnis & nobilissimis provincijs, imperantes hoc  
tempore animas reliqueris; que te patrem, quæ  
avum, quæ proavum, quæ sacerorum magnum, desi-  
deratissimis salutent vocibus! O te iterum iterumq;  
beatum, qui non solum religionis puritatem, qui o-  
mnia pacis ornamenta & præsidia, sed fra-  
trem tuum non minore sapientia & consilio princi-  
pem, Reverendissimum atq; Illusterrimum Dn.  
CAROLVM, Episcopatus Razeburgensis pro-  
præsulem, Duce Megapolitanum, nobis reliquisti:  
qui summa pietate, summa prudentia, summis inge-  
nij viribus Rempub. administrat, ut tu non a nobis  
emigrasse, sed in hujus præstantissimi Principis cor-  
pus immigrasse, & in hoc patre patriæ, Ecclesiarum  
nutritio, Academia & scholarum patrono, justitia o-  
culo, æquitatis conditor, probitatis defensore, ini-  
quitatis ultore, viduarum tutela, pacis delicijs, bo-  
norum omnium amore, vivere certissimò credaris.

Tuq;

Tuq; Ø supreme pater atq; Princeps, huius Vniuersitatis gubernator, si tua est religio, quā colimus, si verè populus tunc Filij tui abluti sanguine sumus, si verè inter nos in verbo tuo & venerandis Sacramentis habitas, letus complectere illorum, quæ à diuso Vldarico relicta sunt, bonoru conservatore & protectore Celsissimum Duce Carolum, egregia voluntate & excellenti virtute Principem: Reginam Danie serenissimam, & Illusterrimā Annam Pomeranicā, viduas, quæ huic Academiæ faciunt benē & cupiūt benē, intolumes & salvas conserva: tuere illusterrimos Dominos Fridericum Adolphum & Ioannem Albertum, Duces Meagopolitanos, Principes jūdentutis, quorū in expectatione florentissimus hic Ducatus sustentatur: custodi hanc Academiā & urbe: ab omni Germania famem, cædem, flammam, pestem, pericula averte: & nobis omnibus, qui facta VLDARICI beatissimi Principis recolimus, eam mentem injice, ut tuo illustrati Spiritu fidem nostram ipsius exemplo augeamus, mores & visitam ipsius instituto edocti quisq; pro sua vocatione informemus, quo hujus misere vita curriculo conseclo ad eandem pervenientes metam, sempiternam coronam tuo concessu & munere capiamus.





Des Durchleuchtiger  
bornen Fürsten vnd

V L R I C

Hertzoger  
Fürste



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn823375005/phys\\_0048](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn823375005/phys_0048)

DFG

lissem  
morar  
E in  
tur,   
hoc ge  
Georg  
aris E  
cofurti  
patruo  
Princi  
tempu  
poris f  
tini nai  
rum n  
compe  
de nar  
va in  
lis proc  
lijſ fluč  
tratib  
noven  
vore,  
fisteret  
credibi  
dum!



is nobis possent comme-  
in oratione sententias,  
nullum mihi relinquere-  
statueretis, nihil illo in  
stius. Etsi vero Duce  
ne magnanimo, cum pro  
rmenti ad nobile Fran-  
n, sublato; E Henrico  
monumentis memorando  
o, initia gubernationis in 1552.

idebant: t 0 5 10 15 20 25 30 35 40 45 50 mm

ate, qua

tur, sua

dentia

sangu

inquil

z bin

roci

rue

p

fructum p

onum linguis usurpar

es argentes immanitate

B 2 barba-